

in monasteriis exemptis, *ib.* Clausura monialium quoad ingressum, 92. Etiam ingredi nemo potest, *ib.* Exceptis infantibus, non item adultis amentibus, *ib.* Dissuadetur infantium admissio ad clausuram, *ib.* Puellæ possunt educationis causa clausuram ingredi cum certis conditionibus, *ib.* Ac etiam regiae personæ, 93. Cum comitatu honesto solito, *ib.* Quænam personæ in tali comitatu admitti possint, *ib.* Est attendenda consuetudo loci, ac monasterii, 94. Præsertim in personis extraneis ad comitatum non pertinentibus, *ib.* Quid juris si plures personæ principes simul ingrediuntur, *ib.* Electores et principes Romani imperii licite ingrediuntur clausuram, *ib.* Monitum pro superioribus, 95. Fundatores non possunt ingredi clausuram, *ib.* In personis non privilegiatis requiritur moralis necessitas ad ingrediendum, *ib.* Enumerantur plures similes necessitates, *ib.* Confessarii monialium in quibus casibus possint ingredi, *ib.* Et ibidem celebrare Missam, 96. Ad ingrediendam clausuram requiritur licentia superioris et cuius, *ib.* Debet esse in scriptis obtenta, *ib.* Nisi adsit repentina necessitas, *ib.* Vel casus ordinarius medici, chirurgi, etc., 97. Episcopus et superiores nec aliis licentiam dare, nec ipsi valent intrare clausuram extra casum necessitatis, *ib.* Inter casus necessarios est causa visitandi, non item inducendi novitiam, vel electiones celebrandi, *ib.* Licite ingrediens, quamdiu in clausura manere possit, 98. Circa clausuram monialium potest attendi consuetudo, quæ tamen si incipit esse præjudicialis, debet tolli per episcopum, *ib.* Ac superiores ordinis, quomodo, 99. Clausura monasterii virorum in quo consistat, *ib.* Religiosus sine licentia superioris expressa vel interpretativa non potest exire monasterio, *ib.* Exiens sine licentia non peccat mortaliter, *ib.* Mulier monasterium virorum prætextu privilegii ingredi, vel in illud admitti non potest, 100. Mulier quævis etiam absque prætextu privilegii ingrediens monasterium virorum, peccat et pœnas incurrit, *ib.* Excepto casu processionis, sepulturæ, vel officii divini, 101. Excipiuntur etiam principes personæ, 102. Quando peccent religiosi comitando illicite ingressas mulieres, vel cum eis confabulando, *ib.*

**CLERICATUM**, vel statum monachalem suscipiens, an circa ante gesta gaudeat privilegio fori, II, 248. Re adhuc integra gaudet is privilegio fori, *ib.* Si res non amplius est integra, variant doctores, estque opus distinctione, *ib.* Super clericatu malefactoris per iudicem laicum capti, et dicentis se esse clericum, quis sit iudex competens, 250. Cognitionis hujus causæ pertinet ad iudicem ecclesiasticum, *ib.* Vocato tamen iudice sæculari, vel alio cuius interest, 251. Quid, si constet malefactorem illum esse clericum, aut si communi existimatione habitus fuerit pro clerico, *ib.* Vel si fuit deprehensus in habitu clericali, 252. Quæstio clericatus est præjudicialis, 251.

**CLERICI** beneficiarii quinam teneantur facere

professionem fidei, I, 89. Debitam fidei professionem facere omittentes, qualiter peccent, 95. Qualiter ipsi fructus non faciant suos, 96. An hæc pœna procedat de distributionibus quotidianis, *ib.* Pœna ista non procedit de fructibus duorum primorum mensium, sed de fructibus postea primum decurrendis, *ib.* Et hoc etiamsi postea beneficiarius emittat professionem fidei, *ib.* An beneficiarius non faciens debitam professionem fidei, teneatur restituere fructus sui beneficii ante omnem iudicis sententiam, *ib.* Clericis beneficiariis omittentibus professionem fidei, non suffragatur possessio beneficii, et qualiter, 97. Nec defenduntur regula, *De annali possessione*, 98. Bene vero regula, *De Triennali*, *ib.* Quibus teneatur applicare fructus beneficii ob intermissam fidei professionem non acquisitos, *ib.* Omittentes horas canonicas an teneantur ad restitutionem fructuum ante sententiam declaratoriam iudicis, 96.

Clerici an obligentur legibus civilibus, et statutis sæcularibus, I, 165. Præsertim quæ nominatim disponunt de Ecclesiis, rebusque ecclesiasticis, *ib.* Etiam in earundem favorem, et commodum, *ib.* Clerici an teneantur legibus et statutis laicorum, quæ aliquid generaliter præcipiunt, aut prohibent, nec statui clericali præjudicant, 167. Statutum sæculare taxans justum pretium frumenti, etc., obligat clericos, et quæ ratione, 168. Quid dicendum de edicto prohibente extractionem frumenti e regno, et huiusmodi, *ib.* Clerici an possint compelli ad talium statutorum sæcularium observantiam, et a quo, 169. Consilium optimum, exemplo sancti Caroli Borromæi, in talibus casibus practicandum, *ib.* Differentia inter statutum laicorum, quod specificè disponit de clericis, seu ecclesiis, et quod generaliter procedit, 170.

Clerici sunt membra reipublicæ, specialiter tamen privilegiata, I, 171. Ad clericos extenduntur leges sæculares de contractibus, si sint favorabiles, secus, si sint præjudiciales, *ib.* Hæc distinctio declaratur exemplo pupilli, ac servi, *ib.* Ad clericos extenduntur leges corpori juris civilis insertæ, disponentes circa contractus, etc., si sacris canonibus non contrariantur, 172. An pariter extendantur ad clericos statuta inferiorum laicorum circa contractus, 173. Sententia negativa est communis, ac tenenda, *ib.* Dantur nihilominus certi casus, in quibus statuta laicorum extenduntur ad clericos, vel hos afficiunt, 174. Et qui sint illi casus, *ib.* et seqq. Clericus quando agit contra laicum in foro civili, debet servare in præparatoris iudicii statuta laicorum, 175. Tale tamen statutum non afficit clericum directe, sed solum indirecte, *ib.* Clericus si vult uti statuto laicali pro se, tenetur illud etiam admittere contra se, *ib.* Clericus etiam volens, non potest in iudicem laicum consentire, 176. Clericus quandoque habendus est jure laici, *ib.* Ut accidit in clerico negotiatore, vel si non alio jure pascere potest, nisi civico, *ib.* Clericus an teneatur statuto laicali

irritante contractum factum absque certa solemnitate, *ib.*

Clericus non episcopus ut exerceat ea, quæ sunt ordinis episcopalis, nequit consuetudine etiam immemoriali acquiri, I, 280. Bene tamen potest hoc fieri ex concessione Papæ, et quæ ratio disparitatis, *ib.* Omnes clerici episcopis interiores possunt eligi, 312. Clericus magis tenetur obedire episcopo quam principi sæculari contrarium præcipienti, II, 44. Majoritas inter clericos consideratur ex quinque causis, et quibus, 40.

Clerici utrum possint postulare, seu agere advocatum ad lites, II, 80. Saltem pro foro Ecclesiæ, *ib.* Et quid, si quis sit sacerdos, *ib.* Clerici pro se aut Ecclesia sua, et pro miserabilibus personis, possunt advocatum agere etiam in foro sæculari, *ib.* In causis criminalibus tamen, ubi agitur de pœna sanguinis, clericus omnino abstinere a postulando, 81. Etiam ex parte rei et ad ejus defensionem, *ib.* Clericus non potest contra Ecclesiam, in qua beneficium habet, pro extraneis advocatus, vel procurator existere, alioquin spoliatur beneficio, *ib.* Clerici in suis bonis patrimonialibus non gaudent beneficio restitutionis in integrum, bene tamen Ecclesia, et quæ ratio disparitatis, 131. Eodem privilegio gaudent bona clericorum et Ecclesiarum, quomodo intelligendum, 132. Vide infra *Restituere in integrum*. Clerico minorenni in reauantiatione beneficii ecclesiastici graviter læso, an danda sit restitutio in integrum, 139. Clericus ille an indigeat nova collatione beneficii, ad quod restituitur, 140.

Clerici peregrini non sunt admittendi ad divina celebranda sine commendatitiis sui ordinarii, I, 520. Explicatur c. 1, *de Cleric. peregrin.*, requirens ad hoc quinque episcoporum sigilla, *ib.* Si clericus casualiter amiserit litteras testimoniales, non sufficit sola oblatio juramenti de sua ordinatione, *ib.* Quomodo in tali casu probanda sit ordinatio clerici, *ib.* *De clericis peregrinis*, qua ratione differat a titulo penultimo libri secundi decretalium qui inscribitur, *De clericis peregrinantibus*, 519.

Clericus de omni crimine debet coram iudice ecclesiastico conveniri, non coram laico, II, 179. Etiam si clericus esset calumniator in accusando laicum coram iudice sæculari, *ib.* Sed est coram iudice ecclesiastico conveniendus, ab eoque puniendus, 180. Nec valet consuetudo contraria, etiam immemorialis, *ib.* Ex commissione tamen Papæ posset laicus esse iudex in causa criminali clericorum, *ib.* Clericus coram iudice sæculari convictus, aut confessus, ideoque a suo episcopo condemnari, aut puniri non potest, *ib.* Habet tamen ejusmodi confessio quosdam alios effectus non judiciales, et quales, *ib.* Iudex ecclesiasticus, coram quo clericus delinquens conveniri debet, est proprius ejus episcopus, *ib.* Episcopus proprius clerici conveniendi, censetur quis pluribus modis, 181. Clerici Ecclesiarum cathedralium, et collegiatarum, in primâ instantia coram epis-

copo sunt conveniendi, *ib.* Nisi habeant speciale privilegium, aut consuetudinem in contrarium, 182. Clericus quando in loco beneficii possit conveniri, 181. Si beneficium requirit personalem residentiam, tunc clericus censetur ibi domicilium contraxisse, *ib.* Clericus una cum laico delinquens, privative convenitur coram iudice ecclesiastico, 182.

Clericum criminosum, quando iudex ecclesiasticus possit tradere curiæ sæculari, II, 183. Contra illum sunt observandi quatuor gradus pœnarum, *ib.* Alius est ordo procedendi contra clericum, quando pœna incipit a crimine, alius, a contumacia, *ib.* Probabilis est, quod clericus ob nullum crimen possit tradi curiæ sæculari, nisi in casu incorrigibilitatis, aliisque specialiter exceptis, *ib.* Revertuntur casus speciales, in quibus clerici criminosi statim traduntur curiæ sæculari, 184. Clerico an possit dominus feudi auferre feudum ob crimen de quo per iudicem ecclesiasticum est condemnatus, 189. Vide *Judex feudatum*. Clericus minorennis potest in causis beneficialibus et spiritualibus agere, ac respondere in iudicio absque curatore, 193. Secus si est minor quatuordecim annis, 191. Quid juris, quando clericus in una diocesi habens beneficium, committit in alia crimen dignum privatione ejus, 212. Expenditur intellectus *Postulasti, de foro comp.*, *ib.* Titulus beneficii inhæret ossibus clerici, *ib.* Clerici nequeunt in se prorogare jurisdictionem iudicis ecclesiastici, absque consensu proprii episcopi, 220. Nec jurisdictionem laici, etiam de consensu episcopi, *ib.* Ut clerici possint in se prorogare jurisdictionem iudicis, non sui, quæ requirantur, *ib.* Clericus diffamans nequit conveniri coram iudice laico, 233. Clericis privilegium fori an et quo jure competat, 234. Clericorum nomine, qui hic comprehendantur, *ib.* Etiam monachi, regulares, moniales, ac novitii gaudent privilegio fori, 235. Novitius grave crimen committens, coram iudice ecclesiastico conveniendus est, *ib.* Et quid si dimisso habitu redeat in sæculum, *ib.* Quo jure clericis competat privilegium fori, variant doctores. 235. Refertur, ac probatur sententia volens exemptionem clericorum esse de jure duntaxat humano, *ib.* Et auctores qui eam tenent, allegantur, 236. Refertur ac multipliciter probatur sententia asserens exemptionem clericorum esse de jure divino, quin et naturali, 237. Eadem sententia confirmatur per textus juris canonici aperte dicentes exemptionem clericorum personalem esse de jure divino, 238. Sicut et exemptionem Ecclesiarum, rerumque ecclesiasticarum, sive immunitatem realem, 239. Certum est, quod clerici, Ecclesiæ, bonaque ecclesiastica, jure divino gaudeant privilegio fori, quoad ea, quæ sunt vere spiritualia, etc., 240. Probabilis est, quod etiam in temporalibus jure divino eximantur, 241. Solvuntur rationes oppositæ sententia, *ib.* Clerici de agris, ac possessionibus, solvant onera realia, 242. Quid

de aliis tributis, *ib.* Privilegia circa clericorum exemptionem non sunt nisi juris declaratio, *ib.* Clericorum exemptionem potuit Ecclesia, seu Papa limitare, et cur, *ib.* An etiam ipsam possit omnino tollere, 243. Vide *Privilegium fori*. Clericorum bona privata, et patrimonialia prescribuntur tempore ordinario, III, 255.

Clericus nequit renuntiare privilegio fori, II, 245. Utrum consuetudine possit, ut clerici coram iudice seculari conveniantur, *ib.* Privilegium fori clericorum non est beneficium personale, *ib.* Clericus an in nulla prorsus causa coram iudice seculari conveniri possit, 246. Clericus actor debet laicum convenire coram iudice suo seculari, *ib.* Regula de privilegio fori clericorum plures patitur fallentias, *ib.* Nempe in causis feudalibus, *ib.* In clericis conjugatis et quando, 247. In clericis minoristis, nullam ex requisitis conditionem habentibus, *ib.* In clericis histrioniam exercentibus, *ib.* In clerico ter admonito, et incorrigibili, *ib.* In clericis crimen assassinii committentibus, *ib.* In clericis qui se immiscerent enormitatibus, *ib.* Ac in nonnullis aliis casibus, 248. Clerici nequeunt privilegio clericali renuntiare verbo, bene tamen facto, *ib.* Seu non expresse, bene tamen tacite, ac juris ministerio, *ib.* Clericus actor an possit reconveniri a reo laico coram iudice seculari, 273. Vide *Reconventio clerici*.

Clerici an sint admittendi ad testificandum contra laicos, III, 2. Non admittuntur ad testimonium contra laicos in causa criminali, *ib.* Etiam si non agatur de imponenda laico criminoso poena sanguinis, quamvis nonnulli contrarium teneant, *ib.* Ubi agitur ad poenam sanguinis irrogandam, nullo modo potest clericus esse testis, 3. Ne quidem in criminibus exceptis, *ib.* Etiam si protestetur, se nolle deponere ad causam sanguinis, *ib.* Clericus potest testificari in causa criminali pro laico seu ad ejus defensam, *ib.* Item quando laicus accusatur de crimine coram iudice ecclesiastico, 4. Et ubi veritas haberi non potest, nec agitur ad poenam sanguinis, *ib.* In hisce casibus clerici ad testificandum non possunt cogi per iudicem secularem, *ib.* Sed episcopus debet examinare clericum, *ib.* An tale examen clerici contra laicum possit fieri, jubente episcopo, per iudicem secularem, *ib.* Clericus potest contra laicum in causis civilibus ferre testimonium, *ib.* Sicut et quando de crimine solum agitur civiliter, *ib.* Clericus ratione ordinis est testis magis idoneus, quam laicus, 5. Clerici non possunt esse testes in instrumentis secularium, can. *Quantum*, 14, q. 2, et quomodo istud intelligendum sit, *ib.* Stante rigore juris, validum est testimonium clerici, vel monachi, in causis civilibus laicorum sine licentia superiorum, 6. Clericorum accusatio proprie tendit ad degradationem, vel depositionem ab ordine, 2. Criminaliter agitur contra clericum quando agitur ad degradationem, vel depositionem ab ordine, *ib.* Civiliter vero, quando agitur ad restitutionem rei alienae,

vel ad privationem beneficii, *ib.* Clerici an possint esse testes in causa propriae Ecclesiae, 8. Affirmatur, dummodo aliud non obstat, *ib.* Etiam istud intelligendo de clericis regularibus, *ib.* Idcirco exemplificatur in donatione, vel legato facto Ecclesiae, *ib.* Atque in canonicis, qui possunt esse testes in causa sui capituli, 9. Et de illis quae sunt gesta in capitulo, *ib.* Consuetudo non solvendi episcopo quartam decimarum, et hujusmodi, potest probari per rectores vicinarum Ecclesiarum, *ib.* Potestque unus canonicus esse testis in causa sui concanonici, *ib.* Ex causa rationabili quandoque impeditur clericus testificari in causa suae Ecclesiae, ut si est excommunicatus, etc., *ib.* Vel quando in tali casu constitutus est actor, aut responsalis, *ib.* Clerici nequeunt testificari de causa suae Ecclesiae, quando commodum inde proveniens est singulorum, *ib.* Hinc canonicus non est testis idoneus in causa suae praebendae, 10. Et praelatus Ecclesiae non collegatae, nequit esse testis in causa ipsius Ecclesiae, *ib.* Loquendo de causis criminalibus, possunt quidem clerici, in causa suae Ecclesiae testificari contra praelatum, *ib.* Vel contra conclericum suum ab alio accusatum, *ib.* Non vero contra extraneum in favorem Ecclesiae, *ib.* Clerici seu sacerdotes, aliaeque personae ecclesiasticae, si producuntur in testes coram seculari iudice, non jurant, neque deponunt coram eo, sed coram episcopo, 62. Clerici connumerantur inter personas egregias, 61. Clerici in causa sanguinis, et certis aliis casibus, non coguntur testificari, 77. Clericus ab alio invocatus, an possit compelli ad ferendum testimonium contra suam Ecclesiam, *ib.* Clerici in sacris est prohibitum, officium notariatus exercere in causis profanis, non tamen redditur instrumentum invalidum, si secus attentetur, 124. Statuta de clericis peregrinantibus ad Sedem apostolicam, 358.

Clericorum nomen unde, III, 365. Et qui sint, 366. Nomen eorum bifariam accipitur, et quomodo, 367. In materia favorabili nomine clericorum veniunt infimi et summi, etiam monachi et moniales, *ib.* In materia odiosa nomine clericorum non veniunt episcopi, 368. Neque canonici et alii in dignitate constituti, 369. Neque religiosi utriusque sexus, nisi exprimantur, *ib.* Eremitae an et quando veniant nomine clericorum, *ib.* Clericorum dignitas, 366. Clericatus est dignitas et honor, *ib.* Clerici merito specialibus privilegiis et praerogativis supra laicos honorantur, *ib.* Sunt patres et magistri populi, imo regum et principum, *ib.* Eorum dignitati nulla secularis est similis, *ib.* Clericorum honestas vitae debet esse exterior et interior, 371. Debent in utraque antecellere laicos, *ib.* Tenentur caste vivere, 373. Non tantum ex voto castitatis, sed etiam ex virtute religionis, *ib.* Si sunt in majoribus constituti, *ib.* Non item si in minoribus, *ib.* Non possunt alloqui moniales, 374. Nec frequentare monasteria earum, *ib.* Tenentur abstinere a cra-

pula, et ebrietatibus, sub gravibus poenis, 375. Non possunt ingredi tabernas cauponarias edendi et bibendi causa, extra itineris necessitatem, 376. Debent esse alieni ab avaritia, *ib.* Nequeunt exercere negotia vel commercia secularia, *ib.* Neque ludere aleis, vel taxillis, 377. Tenentur bona superflua erogare in causas pias, *ib.* Atque servare hospitalitatem, *ib.* Obligatio clericorum deferendi habitum et tonsuram, concernit clericos in sacris constitutos, 378. Et quoad minoristas, *ib.* Minorista non gaudet privilegio fori, nisi habeant unam ex conditionibus a tridentino praescriptis, 379. Sufficit quaelibet ex praescriptis, 381. Contra minoristas potest procedere episcopus semper, 380. Clerici minoristae gaudent semper privilegio canonis, 382. Differentia inter privilegium fori et canonis, *ib.* Tonsuram portare clerici quomodo olim debuerint, et modo debeant, 383. Non possunt nutrire comam, *ib.* Neque gestare comam fictitiam, seu perucam, praesertim in missa, 384. Refertur decretum Innocentii XII, promulgatum in dioecesi Frisingensi, 385. Quis in hoc dispensare valeat, 384. Clericorum habitus quoad qualitatem et poenas eum non deferentium, qualem habitum jura praescribant, et prohibeant clericis, 385. Clericorum habitus non debet esse nimium longus, nec brevis, *ib.* Sed talaris, *ib.* Debet esse non nimium pomposus, nec sordidus, sed inter utrumque medius, 386. Juxta consuetudinem locorum, *ib.* Non potest esse rubeus, aut viridibus, varietatis, virgatus, parvitis, etc., *ib.* et 387. Limitatur in cardinalibus et quibusdam episcopis, *ib.* Clerici non possunt uti franis, selus, pectoralibus, calcariibus deauratis, etc., *ib.* Clericorum poenae non deferentium habitum et tonsuram juxta praescriptum canonum, quae, *ib.* Causae et casus excusantes a poenis, 388. Clerici prohibentur gestare arma, exercere negotiationes, et ludos theatrales, 390. Portantes arma excommunicationi subjacent, *ib.* Eorum arma sunt orationes, *ib.* Ex justa causa clerici possunt portare arma, *ib.* Clericus minorista operam dans militiae excluditur a clericali, censetur renuntiare beneficio, 394. Clerici non possunt exercere officia vel commercia secularia, *ib.* Maxime inhonesta, et quae sint talia, *ib.* Possunt tamen honesto artificio, et agricultura victum sibi conquirere, 392. Non item negotiatione, *ib.* Hanc exercentes peccant, *ib.* Admoniti non cessantes perdunt privilegium fori, 393. Clerici non possunt exercere theatrales inhonestos, nec eisdem interesse, 394. Bene tamen ludis seu representationibus sacris, *ib.* Non possunt mimis, jocularibus, et histrionibus intendere, nec spectaculis aut pompis interesse, *ib.* Debent vitare convivia, nec queant choreas ducere, *ib.* Joculariam artem exercens qualiter puniatur clericus, 395. Prohibetur larvas daemonum anteferre, *ib.*

Clerici quoad cohabitationem cum mulieribus, III, 395. Omnis suspecta cohabitatio cum mulieribus clericis est interdicta, *ib.* Non tantum in

domo propria, sed et aliena, *ib.* Possunt tamen rei domesticae gratia domi habere mulierem non suspectam, 396. Et qualem, *ib.* Non tamen debet esse solus cum sola, aut in tenebris, 397. Saltem extra casum necessitatis, *ib.* Graviter prohibetur clericis concubina, 398. Crimen concubinae publicum, quando, et qualem inducat poenam pro clericis, *ib.*

Clericorum concubinariorum et fornicantium poenae, III, 399. Concubinatus eorum occultus in iudicio externo non habet vindictam, *ib.* Notorius punitur poena depositionis, 400. Quam tamen iudex potest mitigare, *ib.* Concubinario cum clerico, non plene notorio, et cum foemina ejus quomodo procedendum, *ib.* Clerici de concubinato suspecti quomodo iudicandi et puniendi, 401. Quamvis omni modo sint adigendi ad dimittendas concubinas, tamen cogi non possunt ad eas abjurandas, 405. Concubinarij clerici sunt infames, repelluntur ab ordinum promotione, sunt pauperes, ac miseri, omnibusque ludibrio ac scandalo, *ib.* Clerici fornicarii poena quae, *ib.* An et quando debeat praemitti triplex monitio, antequam clericus fornicarius, vel concubinaris puniatur, 407.

Clerici conjugati possunt esse in minoribus constituti, III, 407. Non item in majoribus, *ib.* et cur, 408. Clerici Graeci in sacris constituti licite non contrahunt matrimonium, licite tamen in antea contracto manent, 409. Minores clerici contrahendo matrimonium perdunt beneficium, *ib.* Et quomodo, *ib.* Aliud est de contrahentibus sponsalia, 440. Clericus beneficiarius contractu matrimonii perditum non amplius recuperat post mortem mulieris, vel si haec religionem ingreditur, *ib.* Clerici invalide contrahentes matrimonium an perdant beneficium, *ib.* Clericorum conjugatorum privilegia, ordines, et beneficia, 411. Clerici minoristae conjugati gaudent privilegio canonis et fori, *ib.* Dummodo habeant conditiones tres requisitas, et quas, 412. Conjugati non gaudent privilegio fori quoad personam, nisi in criminalibus, *ib.* Unde in civilibus possunt conveniri coram iudice seculari, *ib.* Et ab eo incarcerari pro debito civili, *ib.* Neque gaudent ullo alio privilegio clericali, *ib.* et 413. Clericus conjugatus an, et quando ad superiores ordines promoveri valeat, 413. Clerici conjugati an possint habere beneficium ecclesiasticum, 415. Vel pensionem, 416. Clericorum beneficiariorum residentiae, Vide *Residentia*. Clericorum simplex beneficium habentium residentia an, et quomodo obliget, 446. Clerici honesta sustentatio. Vide *Sustentatio*. Clerici an, et de quibus bonis testari valeant. Vide *Testamentum*. Clerici habent dominium suorum honorum patrimonialium, industrialium, et parimonialium, ac etiam ecclesiasticorum necessariorum, IV, 365. Non item ecclesiasticorum superfluum, 367.

Clericorum bona. Vide *Bona*, et *Peculium*. Clericorum obligatio erogandi bona superflua eccle-

siastica in causas pias. Vide *Bona ecclesiastica*. Clericorum in bona ab intestato quis succedat, IV, 566. Clerici ægrotantes, vel debilitati nequeunt privari beneficio aut fructibus ejus. 1. Etiam si propria causa in morbum inciderint. 2. Dummodo sani residere consueverint, *ib.* Canonici ob infirmitatem absentes non tenentur inservire per substitutum, *ib.* Nec beneficiati supplere missas infirmitatis causa neglectas ad breve tempus, *ib.* Nisi aliud habeant litteræ fundationis. 3. Vel specialis Ecclesiæ constitutio, aut consuetudo, *ib.* 4. Episcopi, et alii clerici beneficiati obligati ad celebrationem certarum Missarum pati debent substitutionem coadjutoris. 5. Si eorum infirmitas incurabilis est, vel perpetua, *ib.* Secus, si sit temporalis, *ib.* Beneficio etiam ob morbum perpetuum non possunt privari, *ib.* Perpetuo infirmi an possint promoveri ad ordines, et in susceptis ministrare? remissive, 6. Clericorum ægrotantium coadjutores. Vide *Coadjutor*. Clerici non possunt, nec debent se immiscere sæcularibus negotiis, et quibus, V, 299.

Clerici sæculares gaudent asylo, non item religiosi, contra superiores suos. V, 228. Clerici tam sæculares, quam regulares et bona eorum cuncta gaudent immunitate reali, et personali, 276. Sumque exempti ab omnibus exactionibus, oneribus, ac tributis, 278. Clerici an, et quando possunt fidejuberè, IV, 325. Clericis et monachis prohibitum est exercere negotium sæculare, et quale, V, 300. Agere officium tabellionis, *ib.* Audire jus civile, vel medicinam, 301. Negociari, 302. Tractare causam sanguinis, dicere sententiam sanguinis, item interesse, et quomodo, *ib.* Esse duces militum, 303. Exercere chirurgiam, et quomodo, *ib.* Pœnæ clericorum exercentium aliquod ex præfatis, *ib.*

Clericus censuram violans. Vide *Violantes censuram*. Clerici medicinam, vel chirurgiam exercentes, fiunt irregulares, si inde mors sequatur, VI, 374. Non item, si ex illorum venatione sequitur, *ib.* Clericus ordinem exercens, quem non habet, vide *Ordinem exercens*. Clericus percussor, vide *Percussor*. Clericum percutientes, vel manum violentam eidem ejicientes, quinam, et quando excommunicationem canonis incurrant, 383. Item quinam, et quando ab eadem excommunicatione immunes sint, 585. Clerici non possunt accusare criminaliter coram laico, 356. Nec esse testes in causa criminali coram iudice laico, 359. Clericus per saltum promotus, vide *Ordinatus*. Clericus venator, vide *Venatio*.

Clerici de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis quomodo possint inter vivos disponere, VII, 179. Clerici feudatarii propter feuda sæcularia præstant homagium proprie tale, 29. Clerici non residentes non percipiunt fructus, 128. Clerici non possunt habere plura beneficia, nec unum titulo beneficii, alterum ut commendam perpetuam, 178. Clerici non veniunt nomine populi in odiosis, bene vero in favorabilibus, 48. Clericorum appel-

latione non veniunt episcopi, prælati, canonici, religiosi, in odiosis, bene vero in favorabilibus, *ib.* Clericorum lascive viventium pœnæ, 78. Clericum volentem, vel consentientem percutiens nihilominus excommunicatur, 67. Clericorum chirurgiam exercens, secuta morte, est irregularis, 53.

CLERUS non comprehenditur nomine populi in materia odiosa, I, 171.

COACTIO duplex, absoluta, et conditionalis, II, 111. Gesta per coactionem absolutam, ipso jure sunt irrita, *ib.*

COADJUTOR et coadjutoria quid, IV, 6. Coadjutor proprie non dicitur prælatus, seu rector Ecclesiæ, *ib.* Qualem habeat curam animarum, *ib.* Coadjutoria alia est perpetua, alia temporalis, 7. Differentia inter utramque, *ib.* Coadjutor debet habere requisitas qualitates ad officium, *ib.* Episcopo datus qualis esse debeat? et cujus ætatis, *ib.* Ex quibus causis detur coadjutor, 8. Quando detur ob senium, *ib.* Vel imperitiam, *ib.* Quare detur, *ib.* Clericus propter coadjutorem non excusatur a residentia, 9. Nec coadjutor propter residentiam coadjuti, *ib.* Coadjutor perpetuus, non nisi a Papa dari potest, *ib.* Etiam temporalis episcopo non nisi a Papa dari potest, *ib.* Episcopi a curia remoti, vel dementes, an et quomodo unum vel plures coadjutores assumere possint, vel teneantur, 10. Episcopus compos rationis non potest cogi a capitulo ad coadjutorem assumendum, *ib.* Beneficiatis episcopo inferi tribus coadjutorem quis det, 11. Officium coadjutoris quale, *ib.* Simpliciter datus potest omnia, quæ posset principalis, *ib.* Nisi quid in jure specialiter sit exceptum, *ib.* Simpliciter datus an, et quomodo possit conferre beneficia, 12. Coadjutor debet moderate sustentari ex bonis ecclesiæ cujus prælato datur, *ib.* Quid si bona ecclesiæ pro coadjutore et coadjuto non sufficiant, *ib.* Coadjutoris temporalis officium expirat morte quacunq; coadjuti, 13. Vel cessante impedimento adjuti, *ib.* Coadjutor debet reddere rationem gestæ coadjutorie, 14. Coadjutoris perpetui officium non expirat morte coadjuti, *ib.* Coadjutoris electio requirit duas partes capituli, 78.

CODICILLUS quid, IV, 530. Ad quid serviat, 531. Requiritur ad illum quinque testes, et qui, *ib.* In codicillis parentum inter liberos et ad pias causas sufficiunt duo testes, *ib.* Codicillum facere potest omnis, qui valet testari et quomodo, *ib.* Potest quis plures facere codicillos, 532. Dispositio volentis testari, non valet ut codicillus, si non habet clausulam codicillarem, *ib.* Nisi fiat inter liberos, vel ad causam piam, *ib.*

CODICILLARIS clausula quid? et quotuplex, IV, 532. Facit quod, testamento nullo, debeant præstari legata, *ib.* Ac restitut. tota hæreditas per modum fideicommissi, hæredi instituto, 533. Vi clausulæ codicillaris potest hæres institutus agere vel ex testamento, vel in vim codicilli, *ib.* Ad effectum clausulæ codicillaris requiruntur solemnitates codicilli, *ib.* Refertur clausula in Bavaria

præcipue uitata: *Quidquid in vacuo testamenti spatio, vel in separata charta adjecero, volo ut valeat, ac si ab initio testamento fuisset insertum*, 534. Refertur clausula inutilis, *ib.*

COEMETERIUM potest esse ab ecclesiis remotum, IV, 568. Coemeterium consecratur, polluitur, et reconciliatur eodem modo, quo ecclesia, V, 162. Polluta ecclesia polluitur coemeterium, sed non e contra, *ib.* Coemeteria gaudent iisdem privilegiis ac ecclesiæ, 517.

COGNATI et agnati qui et quomodo differant, III, 76. Usque ad tertium gradum non possunt compelli ad testificandum contra suos consanguineos, *ib.* Fallit quando veritas aliter haberi nequit, *ib.* Estque differentia inter agnatos et affines, et inter parentes et liberos quoad hoc, *ib.* Vide *Consanguinitas*.

Cognati et agnati, qui, IV 292.

Cognati et agnati, quid, et quomodo differant, V, 461.

COGNATIO legalis, quid, et quotuplex, V, 458. Est triplex, paternitas, nempe, 459. Fratrnitas, *ib.* Inter quos hæc versetur, *ib.* Et affinitas legalis, *ib.* Cognatio legalis etiam ex simplici seu minus perfecta adoptione oritur, *ib.* Cognatio naturalis quid? et quotuplex? et quando causet impedimentum? Vide *Consanguinitas quomodo differat ab agnatione*.

Cognatio spiritualis quid et unde, 453. Non amplius oritur ex catechismo, *ib.* Est solo jure ecclesiastico introducta, *ib.* Olim triplex erat paternitas nempe, compaternitas, et fraternitas, *ib.* Hodie est restricta, *ib.* Et tantum datur inter personas a concilio Tridentino specificatas, videlicet ex baptismo, *ib.* Confirmatione, 454. Doctrina practica inter quas personas non versetur cognatio spiritualis, *ib.* Ex baptismo invalide collato, *ib.* Nisi parens in necessitate baptisaret, 455. Si unus tantum patrinus, vel unus et una designati baptismo assistunt, contrahunt cognitionem spiritualement, *ib.* Secus si solis assistant ceremoniis, *ib.* Quid si baptismus iteratur, *ib.* Prohibitum est plures adhibere patrinus quam duos, unum nempe et unam, *ib.* Si plures quam fuerint designati, teneant infantem, soli designati contrahunt cognitionem, *ib.* Si vero plures, quam duo, fuerint designati, omnes eam contrahunt, 456. Etiam in privato baptismo contrahitur cognatio spiritualis, *ib.* Per procuratorem tenens infantem contrahit cognitionem, non ipse procurator, *ib.* Ut cognatio contrahatur ex baptismo, vel confirmatione, requiritur ut sacramentum sit validum, *ib.* Ut patrinus sit designatus a parentibus, 457. Ut baptisandum, vel confirmandum teneat, et quomodo, *ib.* Ut patrinus in confirmatione sit prius ipse confirmatus, *ib.* Et in baptismate ipse baptisatus, *ib.* Parens in baptismo solemniter absque necessitate proprium levans infantem, nullam contrahit cognitionem spiritualement, *ib.*

COGNITIONUM ordo, quid, et quænam regulæ circa eam observandæ, II, 325.

COHABITATIO clericorum cum muneribus. Vide *Clerici cohabitatio*.

COLLATIO beneficii, et provisio, an sint idem, I, 232 et 318. Collatio libera beneficii quæ, 319. Collatio generatim dividitur in liberam, et necessariam, *ib.* Cur hæc dicatur necessaria et prior libera, *ib.* Collatio libera quodammodo est donatio, *ib.*; in quo differat ab electione, 320. Collatio beneficii ad quem devolvatur, quando episcopus, aut capitulum cathedrale, negligit illud intra debitum tempus conferre, 427. Non valet collatio beneficii facta post debitum tempus, *ib.* Etiam si primo die post illud fiat, *ib.* Nisi de patientia tolleretur, et cur non valet, 428. Collatio beneficiorum an, et qualiter per legatum potest fieri possit, 576.

COLLATIO VOTORUM post publicationem scrupulini est facienda, et quomodo, I, 340. Collatio illa debet esse numeri ad numerum, zeli ad zelum, et meriti ad meritum, *ib.* Et qua ratione fiat hæc triplex collatio, *ib.* In electione unanimi fit sola collatio numeri, zeli, et meriti, et quomodo, *ib.* Idem dicendum, si quis a duplo majori parte est electivus, 341. In electionibus regularium fit sola collatio numeri ad numerum, et cur, *ib.* Vide infra *Scrutatores* et *Vota*. In electionibus quando vota dantur per schedulas an, et quomodo possit fieri collatio zeli ad zelum, 377.

COLLUSIO quid, VI, 462. Dicitur etiam prævaricatio, vel tergiversatio, *ib.* Ordinarie non datur in civilibus, sed tantum in criminalibus, et beneficialibus causis, *ib.* Non tantum inter actorem et reum, sed etiam inter advocatos, et procuratores, *ib.* Reus per collusionem absolutus potest denuo accusari, et inquiri, *ib.* Pœna collusionis, 463.

COMAM fictitiam portare et naturalem nutrire prohibitum est clericis, III, 383.

COMITES palatini an, et quos legitimare possint, V, 496.

COMMENDA et commendatarius quid, III, 477. Quid juris de illis olim, et quid nunc? ac an beneficium, *ib.*

COMMODATARIUS, non tenetur de casu fortuito, IV, 121. Nisi fuerit conventum, 122. Vel ipse sit in mora reddendi, *ib.* Nisi eodem modo res peritura fuisset apud dominum, *ib.* Ex qua culpa teneatur, *ib.* An commodatarius teneatur prius salvare res commodatas, quam proprias, 123 et 129. Commodator et commodatarius, quis, 117. Ex qua culpa hic teneatur, 120.

COMMODATUM quid? Et quomodo differat a cæteris contractibus, IV, 117. Debet esse gratuitum, 118. Quomodo differat a pignore deposito, et mutuo, *ib.* Atque precario, *ib.* Quæ res commodari possint, *ib.* Commodari potest etiam res usu consumptibilis, *ib.* Profana et sacra, 119. Obligationes commodatarii, *ib.* Non potest uti re commodata nisi ad usum concessum, *ib.* Ad quem si utatur, nihil tenetur, et est sine culpa